

1625  
GRATIA FAVENTE DIVINA  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**EMTIONE-**  
**VENDITIONE**

*Quam*  
Auctoritate & consensu  
*Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi*  
in Illustri LL. nutrice Salana Jure Con-  
sultorum Ordinis  
P R A E S I D E  
V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo atq;*  
*Consultissimo*  
**DN. ERASMO SENGENWALD**  
JCTO & Antecessore celebratissimo, Con-  
siliario Saxon. Gravissimo, Facultatis Juridicæ Ordina-  
rio meritissimo, nec non Curiæ Provincialis & Scabi-  
natus Adseffore dignissimo,

*Præceptore suo observando, Patrono magno,*

*Promotore nullo non honoris & amoris titulo  
etatem devenerando,*

*placidæ publicæq; eruditorum censuræ submittit*

**ADAM HIERONYMUS Helsing/**  
Arnstadiâ-Thuringus.

IN AUDITORIO JCTORUM  
ad diem 18. Decembris

**JENÆ, Excudebat GEORGIUS SENGENWALD,**  
ANNO M. DC. L.

413.

1650, 18

35



Per-Illustribus & Generosissimis Comiti-  
bus & Dominis

Dn. CHRISTIANO GUNTHERO

Dn. ANTHONIO GUNTHERO

Dn. LUDOVICO GUNTHERO

Fratribus germanis, S. R. I. Quatuor - Vi-  
ris, Comitibus à Schwarzburg & Hohnstein / Do-  
minis Arnsteri, Sondershusæ, Leutenbergæ, Lohræ &  
Clettenbergæ &c.

Comitibus & Dominis meis Clementissimis,

Salutem & omnem felicitatem humillimè precatur.

**P**Er illustres & Generosi Comites ac Domini, Domini Clementissimi: Suo quæq; abundare sensu, nec uno voto vivi, cum reliqua discipline omnes, quas humana solertia complectitur, tūm præprimis sacratissimum Juris Studiū abundè testatū facit, ita quotquot tractanda Jurisprudentia operam manciparunt, non uno ut plurimum tramite perrexere. Expertæ est hoc fatum (ne memoriam temporum altius replicemus) terrarum quondam Domina, suā ad-  
huc libertate luxurians, quamprimum à simplicitate Legum XII. Tabb.  
quas Cicero lib. 2. de Orat. omnium Philosophorum Bibliothecis præfert, reces-  
sum effet. Veteresq; Juris Antistites contrariis rationibus decertare, sublimio-  
ris ingenii opus ducerent: adeo ut de eadem re sāpe Brutus aliter, aliter Scabo-  
la, aliter Servius, Crassus aliter responderent, simulq; scima diversarum quasi  
sectorum spargerent, quæ post paulum sub Labeone & Capitone, Tuberonis di-  
scipulis, altiores aliquanto egere radices, ut progressu temporis diversæ hinc  
Schola Castianorum & Proculianorum; Sabianorum & Peganianorum inclinaruerint:  
Quæ equidem non solum Tyronum juris profectus impediuerunt, vota & spes  
annibilarunt, verum quæ maxima Reipubl. calamitas, ipsos quoq; judices a-  
deo perplexos & incipites reddidere, ut cuius sententia se applicarent, expe-  
ditū omnino non fuerit, donec, Tertulliano teste, squallens legum sylva Principi-  
pali-

et palibus rescriptis tanquam securibus truncaretur, effusoq; Commentariorum p-  
lago modus poneretur, juris disciplinā certis circumscriptā finibus, quos ne-  
raini excedere fas erat. Statum est hoc Imperiali decreto, cūm à Romanis Grā-  
ciq; tūm à nostrorum seculorum Doctribus primāvis Irnerio, Bulgaro, Hugo-  
ne, Martino, q̄bōs post Lotharium Imperatorem cēu b̄ndices nostri juris bene-  
ramur: Verū incondita illa ejus seculi barbaries longe impar fuit, elegan-  
tioris istius & eruditī abī scitamentis digerendis, nec potuit p̄cepta ē pro-  
fundā Philosophiā petita, n̄isi suis calamistris inurere. Et ne quidquam ad  
summam infelicitatem sibi faceret reliquum, in abiis spinoſarum & futilium  
quaſtionum ultra legem astuando, limpidiſſimas juris fontes plane sibi obthu-  
rari passum est, nodosis controversialis suorum glosſematum intricandis potius  
quam resolvendis miserrimē facans. Hacratione Jurisprudentia facies ipsā  
fæditate fædior, non poterat vel mediocrum ingeniorum affectum emeruisse,  
nisi ei superiori ſeculo, renaſcentibus humanioribus literis, paulatiū ſuus ſplen-  
dor restitui cœpisset. Quod quidem ſuccēſſu non plane irritō emoliti ſunt Girz  
in omni literatura facile Principes, quoūq; commilitio quodam, conjunctisq;  
operis, velut ex compacto in commune consuluerē. Sed q̄ ſt̄ quidquam inter eos  
quoq; tūm emulatiōnes tūm diſſenſōnes exorta ſunt, alterō alterum vel in le-  
gum ſenſu eruendo, vel conciliandis eis, qua sibi in bīcēm contrariari videban-  
tur, ſuperare contendente, itum de hinc à ſingulis in ſingulas ſententias, para-  
tiumq; ſtudio utrinq; datum, quod communi debebatur: Immo nec à Legib⁹  
ipſis temperatum, ex quo Varia iſtæ lectiones, emendationes, diſpunctiones, a-  
nimadverſiones, interpolationes, neſcio unde, emerſerunt, ut parum abfuerit,  
quin criticas eorum manus leges noſtræ detestarentur, quorum auxiliatrices  
antea ex osculata fuerant. Videbatur ſtudioſa juventuti nova quadam crux  
poſta, qui ex illis tricis ſe expedire poſſet, cum ſeruum librorum augūſti  
& ſplendiditituli huic malo prætentissima policerentur remedia, quorum p̄-  
scriptum ſi ſequereris, poſſes aliquando tuas ipſe ſpes, & in diſſolutione Anti-  
nomiarū, & diſjudicatione diuersarum ſententiarum, antoñiſe & iderī. Attame-  
ſatiuſ & magis ē re Juri operā dantiū existimatū eſt per diſcurſus quā pub-  
licos, quā priſatos, mutuā belitatiōne juris ſtudioſos exerceri, collatisq; quaſi  
in medium ſententiis, cūm ſerum legum intellectum indagari, tūm, quid veræ  
ſententia falſa interſit diſpicere, quatenus nimirum p̄meditatim magis acce-  
derent, periculum faciū — Quid valeant humeri, quid ferre recuſent.  
Et ſane ſi quis ſuper quaſtione aliqua cum altero in certamen descendat, vi-  
deas animos inde ad impugnandum, hinc ad resistendum incaleſcere. & dum  
ille acriter premit, & ab omni parte iuſtūt; hic ſi ſibi contrariam omni  
conatu amolitur, ingenia utrinq; ſtimulari, imaginationes utriusq; excitari,  
& per hanc honestam contentionem, interueniente tertio velut arbitro, ſi-  
muleo, quō ſinguli penetrare neutiquam poſterant, perbeniri. Cum enim plus  
videant oculi quam oculus, non poſteſt non uſuvenire, quin in Veritate inda-  
ganda cogitationibus & operis plurium plus proficiatur, quam ſolitaria trattatione.  
Quinimo Diſputationem quoddam veritatis cribrum dicunt, cuius  
ope palea ac furſures falſarum opinionum, ab ea excernantur. Non tamen

defuere, qui nihilominus hanc disputandi rationem, acerbè satè perstrinxerunt, quæ ab ea proclive precipitum ad paulò ante discussam barbariem: Ni maturè huic malo medicina adferatur, ultima instare jurisprudentia facta, hominesq; proletariè destos ex cerebrina aequitate desultoriè jure reddituros esse. Ego verò cùm in his, tūm in aliis, non tam antiquiorum fctorum diversa studia, quam eorum qui in cultiori longè seculo se vixerent, contumacem nihilominus à se in sicem dissentendi libidinem, mirari habeo, maximè cùm hi, iis disputandi. Verum indagandi rationibus, quibus illi planè destituebantur, abundè sint instructi: Videnturq; mihi de quojam suo tempore Fr. Baconus, acutum cernens conquestus est, Ingenii potius laudem, quod in quamcunq; partem disputare possint, quam Judicii in veritate enucleanda, affectare, quasi vero laudabile esset, invenire quid dici possit, non quid taceti debeat. Sed computent nostra secula in partem suarum misericordiarum contentiones Dottissimorum Virorum. Viam tamen probatam diu, & bene tritam, tantum abest ut deseram, ut potius eà mediante quadam in hac Editionum: Venditionum materiâ contrarias sententias pro ingenii modulo auxiliante DEO discussum iturus sim.

Cæterum Perillust. VV. Generosit. hac mea & me ipsum ad pedes fissio, humiliiter deprecatus, quod peri' lustribus VVV. Generosit nominibus, hujus disputationis frontem munire ausus fuerim. Venit ad Perillust VVV. Generositatem hac pagina; nil nisi humillima devotionis professionem nunciatura: Cui enim potius, quam Perill. VVV. Gener. me & mea debere intelligerem, in quarum cibitate ego natus & educatus, jam inde à primis unguiculis Perillust. VVV. Generos. angustam memoriam humillimo & devoto cultu devehor. Sit Perill. VVV. Generos. manusculum hoc lebideense, clementissimâ interpretatione pignoris vice, studia mea, si quâ profutura sint, Perill. VVV. Generos. humillimè fore mancipata, modò VVV. Generos. perillustris Clementia radis me devoti. subditum respicere non de dignentur. DEU M Generor ut Perill. VVV. Generos. publico patria bono diu sospites & incolus servet. Scribebam Jena ipfis NON. Decembr. Anno M. DC. L.

Per illustr. VVV. Generosit.

Humillimus

&  
subjectissimus

Adam Hieronymus Hesling/  
Author & Respondens.

IN

**IN NOMINE  
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI**

ad omnes actus feliciter progredimur.

I.z. C. de Offic. præf. præt. Afric.

*THESIS I.*

 **U**m potior rerum, prius tamen verborū juxta mentem Ulpiani in l. 1. ff. de reb. cred. ratio habenda sit; e re arbitror fore, priusquam ad rerum ipsarum enucleationem progrediar, in limine statim verborum etymologias leviter delibare.

**I.** Verbum itaq; eimo deductum volūnt à Græco ἔμιν (unde & εὔπορος mercator, & εὔπορον forum) qvod est meum, Först. Instit. tract. D. 18. th. 1. ut sit qvāsi ē tuo meum facio. l. pen. §. ult. ff. de contr. emt. Wesenb. in Comm. Instit. pr de emt. Et vend. Vendo etiam à venum & do, ut sit vendere, qvāsi venum dare i. e. præstare ut ab eo, qui tradit res, exeat, & ad illum, cui traditur, veniat. Donell. lib. 13. Com. jur. civ. c. 1. Licet igitur Veteres promiscuè his vocabulis emptionis & venditionis usi fuerint, ita ut verbum vendere pro emere Julianus & Paulus JCti in l. 19. ff. de act. emt. l. 7. §. 4. ff. pro empt. Et l. 34 ff. de contr. emt. Et econtrariō emere pro vendere Imperatores in l. un. C. si serv. ext. se emimad. posuerint, & insuper etiam ipsa actionū empti & venditi nominā sæpè inter se confuderint Idem Paulus in l. 26. ff. de evict. & Ulpianus in l. 13. §. 25. in fin. ff de act. empt. Non tamen ita excipiendum est, ac si usi fuerint uno pro altero, ut ita

A 3

unum

unum esset alterum, sed ut uno pro utroq; seu ad utrūq; intelligendum uterentur, secundū vim & naturam relatorum, qvorū alterum ex mutua alterius affectione constat: & qvorum unū præsupponit ac dat intelligere aliud.  
*Donell. d. lib. 13. c. I. Robertus animadvers. lib. I. c. 9.* Distinctæ proptera sunt emptio & venditio unius contractus partes, distinctæ etiā personæ contrahentes, cùm propriè qvi premium dat emere & ex empto agere l. II. & d. l. 13 ff. cod. Et qvi premium accipit vendere & ex vendito agere dicatur. §. sed & I. J. de emt. & vend.

III. ονοματογλογία, rectè sequitur περιγνωμονία. Definitur a. emtio venditio, qvod sit contractus Consensu initus de re pro certo precio tradenda. Qvam definitionem amplectitur Nobiliss. atq; Excellentiss. Dn. D. Georg Adam Struve, PP. celeberrimus. Preceptor meus plurimum colendus in Exercit Pand. disp. 18. th. 25. ubi allegat l. I. de contr. emt. Aristot. I. Polit. 9. & 5. Eth. 8.

IV. Causam efficientem hujus contractus ponunt jus gentium, ex qvo originem suum traxit, qvod liquidò patet ex l. I ff. de contr. emt. l. 5 ff. de Just. & jur. l. 7 §. I. ff. de pact. §. 2. in fin. J. de J. N. G. & C. Mozzius tr. de emt. & vendit. n. 22. Molin. de comm. et usur. qvæst. 100. n. 695. Non obstat qvòd sua formalia à jure civili obtinuerit. l. 2. ff. de contr. emt. l. 1. ff. de pact. Nec qvicqvam etiam adversatur, qvòd pecunia sit de substâlia emtionis, pecunia v. primâ hominum atate incognita fuerit Plin. lib. 33. c. 1 & 3. Qvam objectionem diluit Magnificus Ordinarius Dn. Fomannus piæ memoriae in Synopsi jur. Justiz. Tisp. 22. th. 7 lit. B. Nihil insuper valet, qvòd con-

cōventio de certo precio in pecunia consistente habeatur pro forma, qvæ dat esse rei; Pecunia a non nisi autoritate Principis cudi debeat. *I. i. C. de vet. numism. potest.*  
& per consequens sit juris civilis *I. 6. ff. de Just. & jur.* Sed consequentiam hanc nullam esse tradidit Nobiliss. atq. Consultiss. Dn. D. Job. Caspar Unrath, Preceptor atq. Patronus meus, dum vivebat, summopere honorandus in p̄alect.  
*I. 5. ff. d t.*

V. Definitionem bono ordine excipit divisio. Et communiter dividi solet, qvòd emptio venditio vel in scriptis fiat, quando contrahētes se aliter qyām scripturā interveniente obligatos nolūt, vel sine scriptis celebretur, qn. contrahentes volunt sine scripto obligationem firmam esse debere. Qvam divisionem supeditat nobis *pr. J. b. t. & I. 17. C. de fid. instrum.* *I. 2. §. 1. ff. de contr. emt.* Priori casu non nisi instrumento super contractu celebrato débitis ac legitimis modis erecto cōtractus perfectus ac consummatus censemur *d. pr. & J. 3. J. de emt. & vend. & d. I. 17. C. de fid. instrum.* Ita ut uterq; contrahentium ante absolutionem scripturæ (nisi quid arrharum nomine superventum fuerit, qvod notat Nobiliss. atq. Excell. Dn. D. Struve *d. disp. 18. th. 31.*) impunè pœnitere possit. *Schneidvv. ad d. pr. J. de emt. & vend.* Qui latè etiam de requisitis ad instrumenta in emtione venditione conficienda & consummanda scripsit. *Vid. Borcholt ad pr. J. d. t. n. 10. & Jul. Pac. ad d. I. 17. C. de fid. instr. prolixius.* Posteriori v. casu, nec re traditâ, nec precio soluto, nec arrhis datis statim atq; de re ac precio, cōventum fuerit, emtio venditio suum robur firmissimū accipit. *arg. d. pr. & d. §. 2. J. d. t. I. 9. C. de contr emt.* Qvod tamen qvodam cum temperamento accipiendū,

si nul-

si nulla scilicet qualitas seu conditio adjecta sit. Contractus enim in aliquem delatus casum ante ejus eventum imperfectus habetur. l. 7. ff. d. t. §. 2. & 3. 7 de Verb Oblus, Mynsing ad §. 4. de empt & vend. Nisi earum rerum venditio facta, quæ certò pondere, numerò & mensurâ constant, ut tradit eleganter Cajus in l. 35. §. 5. ff. de cantr. empt. Mozzius, d. tr. col. de divis. empt. n. 7. & seqq. Nicol Valla de reb. dub. tract. 20. n. 21.

VI. Præsens etiam cōtracto ulterius fieri solet vel pure, qn. neq; dies, neq; conditio ad jicitur, sed simpliciter fit §. 4. J. b. t. Melchior Kling in Com. Instit. d. t. n. 6. vel conditionaliter, cum in aliquem casum differtur emtio. §. 2. & seq. 7. de Verb. Oblig. ante cuius tamen eventum emtio perfecta non est. l. 7. ff. de contr. empt. l. 8. ff. de peric & comm. rei vend. Ita ut ex hac agi prius non possit, quam conditio extiterit; ex illa autem statim, simul atq; de precio conventum est d. §. 2. J. de U. O. Inter præsentes vel absentes, quod omnibus contractibus, qui consensu perficiuntur, commune est, ut non solum inter præsentes, sed etiam inter absentes, per epistolam vel nuncium ad hoc peculiariter destinatum, fieri possit. l. 2. §. 2 ff. de Obl. & Act. l. 1. §. 2 ff. de contr. empt.

VII. Breviter itaq; præmissâ definitione atq; divisione, conseqvens erit ut substantialia emtionis & ventionis subjungamus. Illorum autem tria constituuntur, **Consensus** nimirum, res sive merx & preciū de quibus ordine videbimus.

VIII. Primū substantiale requisitū est **Consensus**, qui quoadmodū in omnib⁹ contractib⁹, sic & in hoc emtionis venditionis utriusq; & ementis & vendētis desideratur. l. 9. ff. de contr. empt. l. 2. C. eod quiq; (1) debet esse in præ-

præfens directus. Si enim in futurum dirigitur, emi-  
tio non est, sed nuda conventio de emptione ineunda. l.  
1. ff. de pact. Mozzius d. tr. col. 7. n. 43. Heigius ad pr. J. hic. n. 3.  
(2) Liber, siqvidem metu contractus jure nullus est. l.  
1. ff. qvod. met. caus. Wiesenb. in parat. pr. eod tit. Donell. in  
l. I. C. de rescind. vendit. Gadd. de contr. & committ. stipul.  
c. 3. n. 156. & seqq. Guiac. in Mercat. lib. 3. c. 3. (3)  
Spontaneus, Nemo namq; rem suam invitus distra-  
here compelli potest. l. 70 ff. de rei vindic. l. II. ff. de R. J.  
l. II. & I. C. de contr. emt. l. 16. C. de jur. deliber. Qvod  
qvidem regulariter verum est, suas tamen admittit exce-  
ptiones, cum sint speciales casus, ubi qvis publica autoriti-  
tate ad vendendum cogi potest, qvod notat, Nobiliss. atq;  
Excell. Dn. D. Struve, d. disp. 17. th. 30. ubi allegat. Kæpp.  
dec. 59. n. 18 Job. Aloys. Riccius L. 2. de pot. princ. in act. hom.  
n. 8. Simili etiā modo ad emendum. dd. loc. An autem  
qvis eo cogi possit, ut minus justo precio rem suam ven-  
dat, qvæstionis est? Qvam qvidam affirmare conantur  
per l. 2. §. 2. versic. qvæsta. ff. de L. Rhodia. Sed minus re-  
ctè, cum ne Princeps qvidem etiam ex causa publicæ utili-  
tatis, (ob cuius tamen favorem nonnunquam à juris  
regulis recedere licet argumento. l. 51. §. 2 ff. ad. L. Cor-  
nel. de sic.) alicui rem suam auferre possit qvovis modo,  
nisi justum premium refundat. l. 13 §. 1. vers. nec publico.  
junct. ve sic. nisi prius ff. comm. predior. Bronchorst. cent. 2.  
ass. 63. An autem & qvomodo princeps subditos ad re-  
rum suarum venditionem cogere possit, nervosè discus-  
sit Arniseus in tract. de jur. Majest l. 3. c. 1. Deniq; (4) requi-  
ritur ut consensus sit perspicuus, adeò ut nō sufficiat si  
in corpore & precio tanq; principalioribus substantia-  
libus solùm fuerit consensum, sed insuper requiratur, ne

B

ad fuerit



ad fuerit dissensus in materia, ut puta si æs pro auro fuerit venditum; non valebit, per expressum textum *in l. 9 ff. de contr. emt. Cujac. lib. 2. observ. c. 4.* Quid si autem in nomine fiat dissensio? Respondetur, non quidem vitiori contractum, sed venditorem quanti emtoris intersit, se non esse deceptum, teneri. *d. l. 9. §. 2. d. t. l. 21. § 2. ff. de act. empt. l. 4. ff. de legat. 3. Harprecht. ad princ. Inst. de emt. vend. n. 19.* Quid si in accessoriis vel qualitatibus sit dissensus? & subtiliter emtionem probat *l. 10. l. 11. & l. 34. ff. de contr. emt.* Si tamen sciens venditor emtorem ignorantem se fellerit, in arbitrio emtoris esse dicendum est, an velit interesse petere, an vero ad rescissionem contractus agere, quod habet *Nobiliss. atq. Excell. Dn D Struve d. disp. 18. th. 30.* Eadem etiam ratio erit si venditor ignorans à sciente emtore lassus fuerit, tum enim venditor similiter à sciente emtore interesse petere poterit. Non vero ab ignorantе.

IX. Cum itaq; de primo substanciali requisito, Consensu nimirum dictum fuerit, recto ordine insequi putamus, ut personas, quæ consentire sive contrahere possint breviter contemplemūr. Et quidem omnes hunc contractum emtionis & venditionis celebrare possunt, nisi quæ expressæ prohibentur.

X. Prohibentur autem quædam Naturâ, ut sunt infantes, qui ob defectu intellectus neq; se naturaliter, neq; alium sibi civiliter sine tutoris autoritate obligare possunt. *s. 9. I de inut stip. Pupilli l. 189. ff. de R. 7.* Non obstat quod alium sibi citra tutoris auctoritatem obligare valeant. *pr. 7. de auct. tut. l. 7. §. 1. ff. de rescind. vendit. l. 13. §. 2. ff. de act. emt.* Se tamen alteri, inscio tutore, obstringere nequeunt. *d. pr. 7. de auct. tut. l. 5. ff. eod. l. 59.*

*l. 59. ff. de O. & A. l. 41. ff. de cond. indeb. nisi locupletiores  
facti fuerint, l. 1. §. 5. ff. de iux. tut. l. 13. ff. de condic. in-  
deb. l. 3. pr. ff. commod. l. 6. ff. de negot. gest l. 1 §. 15 ff. de-  
posit. vel contrà l. 66. in fin ff. de solut. Vult. j. jurispr. Rom.  
lib. 1 c. 27. Cujac. ad l. 127. de V. O. Borcholt. d. t. c 3. n. 27.  
vel si dolo qvid commiserint, d l. 1 §. 15 ff. deposit. l. 13.  
§ ult. ff. de dolo malo. Qvō casu etiam civiliter ipsos ob-  
ligari asserit *Magnificus*, *Nobiliss.* atq. *Excellentiss.* Dn. *Præ-  
ses*, *præceptor ac patronus meus omni honoris & amoris titulo*  
*de venerandus, in Exerc. Justin. 10. quæst. 3. in Ajo. circa fin.*  
Senes, qui propter tardam senectutem atqve mentis  
imbecillitatem rebus suis amplius superesse nequeunt,  
*Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. jur. univers. l. 15. c. 28. n.*  
26. Unde etiam senes quasi se nescientes, sive à sensus di-  
minutione dicuntur. Qvibus cum rectè curator detur  
argum. l. 2. ff. de curat. furios. dand. Seqvitur, qvod nec  
alienare neqve se efficaciter obligare possint.*

**XI.** Prohibentur insuper nonnullæ personæ, qvæ  
Casu ad contrahendum inhabiles sunt, qvales sunt :  
**Furiosi**, utpote qui nullam voluntatem, l. 40. ff. de R.  
J. nec sensum habent. l. 22 §. 7. ff. solut. matrim. l. 2. C. de  
contr. emt. l. 24. ff. de offic. presid. neqve sui sunt. l. 7. §.  
11. ff qvib caus. in poss eat. nullumqve negotium gerere  
possunt. l. 5. ff. de R. I. l. 8 ff. de spons. l. 16. §. ult. ff. de rit.  
nupt. §. 8. I. de inutil stip. Qvod tamen de iis intelligen-  
dum, qui continuo furoris infortunio laborant, non,  
qui intermissa habent intervalla, & in conspectu adum-  
bratae sunt quietis, l. 13 §. ff de acquir. possess. Hi enim  
intermissionis tempore, si majores XV. annis sint, tam  
publica, qvam privata negotia idoneè gerunt, l. 20 §. 4  
ff qvite testament fac. poss. l. 9. C. eod l. 2. de contr. emt ibi q. s.

B 2

Donell.



*Donell. n. 3.* Mente capti, inter quos omnes illi referuntur, qui ob animi morbi & infirmitatem rebus suis & quæ ac rabiosi superesse non possunt; Cùm jūs nostrum eos solum consideret, qui propter dementiam rebus gerendis inepti habentur. *Iob. Ferr. Montan. ad l. 40. ff. de R. I.* Ut sunt omnes illi, qui ob *μανίας*, *μέλαγχολίας*, *ληθαιῶν*, *φρενηλίν*, & id genus infirmitatibus capti sunt.

Quando autem intermissæ fatuitatis tempore contrahunt, tunc non minus quam furiosorum, qui ad sanorem mentem redierunt, contractus eorum rati sunt & valent, argum. *d. l. 20. §. 4. ff. qvitestam. fac. poss. & d. l. 9. C. eod. l. 6. C. decurat. furios.* Secus se habet in stultis, qui prudentibus opponuntur, eis enim non animi morbus miserabilis, sed temeritas & ineptia culpabilis exprobatur, *l. pen. §. fin. verfic. quod si. ff. de jur. & fact. ignor. l. 4. ff. quod vi aut clam.* Ebrii, quos tales accipimus, qui pro profunda temulentia omni rationis sensu sunt privati, ita ut nec pedes eorum nec manus amplius suos possint fungi officio, & quorum garrulae linguae, quas temere effutiunt voculas, non perponderant, qui propter ea etiam impuberibus, furiosis & mortuis comparantur.

*Cap. à crapula. x. de vita & honest. Cleric. Cap. venter. distinct. 35. Cap. sanè. Cap. inebriaverunt. caus. 15. quest. 1.*

XII. Deniq; personæ aliæ contractum hunc emtionis & venditionis celebrare prohibentur lege, inter quos imprimis censentur prodigi, quos verè prodigos intelligimus, qui neq; tempus, neq; finem expensarum habent, sed bona sua dilacerando & dissipando profundunt, quos ita rectè definit *ex l. i. ff. de curat. furios. Magnificus ac Nobiliss. Dn. Praeses in Exercit. Iust. 4. quest. II. in Nego.*

Nego. Requiritur tamen etiam, ut illis bonorum adminis-  
tratio interdicta sit, d. l. pr. ff. de cur fur. l. 10. pr. l. 15. pr. l. 16.  
§. 1. f. eod. Nobiliss. atq; Excellentiss. Dn. D. Iohann. Thome  
praeceptor atq; promotor meus multis nominibus suspiciendus  
disput. de prodig. pos. 2. Qvæ bonorum interdictio o-  
lim ex consuetudine, & postea ex lege 12 tabb. à Magistra-  
tu solenniter & conceptis verbis siebat: Qvando tua bo-  
na paterna, avitaq; nequitia tuâ disperdis, liberosq; tuos ad  
egestatem perducis, ob eam rem tibi è re commerciòq; inter-  
dico, referente Magnifico atq; Nobilissimo Dn. Preside d. Ex-  
erxit. 4. qvast. II. in Nego. ex Paulo lib. 3. sentent. tit. de te-  
stam. 4. sent. moribus. Servi, utpote qui in jure civili  
pro nullis & quasi mortui habentur, l. 2. l. 3. l. 109. ff. de  
O. & A. qviq; etiam civiliter non obligantur l. 14. ff. de  
O. & A. l. 41 ff. de pecul. nisi liberam peculii habeant ad-  
ministrationem l. 10. C. quod cum eo qvi in alien potest. l.  
52. §. 15. ff. de furt. l. 18. v. fin. ff. de pign aet. Mozzius d.  
tr. col. de person. qui emere poss. n. I. Minores, quod  
ita intelligendum est ut si nullum habeant curatorem  
(qvem inviti non recipiunt, præterqvam in litem, §. 2. l.  
de curat.) tunc emere & vendere possint illasq; tamen  
beneficiò restitutionis in integrum, quod h̄c modò ipsis  
competit. l. 3. C. de in integr. restit. min. Si verò curato-  
ri subsint, non nisi illorum intervantu contrahere pos-  
sint. argum. l. 1. ff. de minor. Gedd. de contrah. stipul. cap. 7.  
conclus. 4. Quod etiam ad carceratos extendunt Dd.  
quidam propter l. 22. ff. quod met. caus. Roland. à Valle co 2.  
fil. 57. Mozzius d. loc. n. 14. Fabian. de monte qvest. prin-  
cip. 3. num. 10. quanqvam eō in casu varias habeant restri-  
ctiones.

XIII. Ex his, qvæ dicta sunt, facile liqvet, qvæ personæ contractum hunc celebrare possunt. Restant tamen insuper qvædam personæ, qvibus specialiter interdictum est huic contractui, propter se partim, partim propter illos, cum qvibus contrahunt, veluti patri & filio, qvi propter relationem & respectum, qvem invicem habent, non rectè contrahunt. *l. 2. ff. de contr. emt.* qvia pater & filius pro una persona reputantur *l. ult. C. de impub.* & alii substit. Excipiuntur tamen bona Castren-sia & qvasi, de qvibus inter se rectè paciscuntur, *l. 4. ff. de judic.* & d *l. 2 ff. de contr. emt. l. i. §. ult. de SCto Macedon.* *§. i. I. per qvas person. cuiq; acqvir.* Item adventitiæ, in qvibus atri non qværitur ususfructus, *l. 6. in fin C. de bon. qvæ lib. Coras ad §. I. l. 38. ff. de condit. indeb. num. 24.* Tutori & pupillo, *l. 4. & 5. ff. de auct. tut l. 34. §. ult. ff. de contr. emt.* nisi autoritate contutoris palam & bonâ fide contractus ineatur, *d. l. 5. §. 2. & seqq. de auct. tut. Donell. ad l. 5 C. de contr. emt.* Cujac. ad d. l. 34. ff. *codem.* Magistratui temporario & subdito, *l. 46. l. 62. ff. de contr. emt. l. 46. §. 2 ff. de jur. fisc. l. 2. C. si cert. petat.* Faber de monte qvæst. 3 princ p.n. 6. Cujac. lib. 16. Observ. c. 13. Procuratoribus, negotia aliena gerentibus, *d. l. 34. §. 7. ff. de contr. emt.* nisi aut generale mandatum cum libera aut speciale ad illam ipsam rem directū, habuerint, *l. 10. l. de procur. Mozz. d. tract. n. 28.* Prælati, *cap. I. cap. nulli de reb. Eccles. non alien. l. 14. C. de SS. Eccles.* nisi speciat. m à Pontifice impetrârint, *Cap fin de reb. Eccles. non alien. Mozzius ibid num 12.* Denique Militibus, nisi paterna comparent prædia, qvæ à fisco distrahuntur, *l. 26. ff. de contr. emt.* Mozzius hic n. 18.

XIV. Huic

XI V. Huic cont ractui interdictum esse qvidam etiam putant Advocato cum cliente, lite scil. adhuc pendente, Medico cum ægroto, tempore morbi, qvod qvidem verū esse putamus. si contra bonam fidem extorserint. Secus est, si bonā fide & justō preciō rem, qvam vel cliens vel ægrotus aliàs venale m habeant, emerint, ita ut nulla penitus iniqva & illicita appareat extorsio, & hoc casu nullam putamus dari posse rationem, obqvam emptio rescindi debeat. Nec refragatur assertioni nostræ, l. 9. C. de profess. loquitur enim de pacto inter medicum & ægrotum super salario præstanto, qvod irritum esse facile concedimus. Neqve obstat l. 3. ff. de var. & extraordinar. cognit. intelligenda siqvidem est, quando contra bonam fidem Medicus ægroto rem extorsit. Dis sentit Hieron. Tr eutl. disp. 28. vol 1. th 3.

XV. Postqvam de subjecto, de personis nempe, qvæ contrahere emtionem venditionem possunt, non-nihil dixerimus, instituti rationem maximè efflagitare, putamus de objecto, secundo nimirum substantiali requisito, qvod est merx seu res, aliquid adjicere.

XVI. Generaliter itaqve res omnes sub hunc cadunt contractum, nisi qvas vel Natura, vel ius gentium, vel mores civitatis exuerunt, l. 34. §. 1. ff. de contr. emt. si- ve sint corporales, mobiles & immobiles, sive incorporeles, ut servitutes, l. 47. ff. eodem hereditates, tot tit. ff. de hered. vel act. vendit. Hac tamen adhibitâ cautelâ, ne ejus, qvi vivit, hereditates veneat. l. 1. ff. eod. & l. 1 ff. pro hered. Qværitur hîc: An etiam ususfructus possit vendi? Qvod affirmo, intellige tamen jus utendi fruendi cum Magnifice atq; Nobilissimo Dn Præside in Exercit. Justinian. 6. quæst. 10. in Ajo. Valet insuper venditio nomi-

nominum & actionum, l. 3. & l. ult. C. de hered. §  
act. vēd. etiamsi ignorantibus & invitis creditoribus ven-  
dantur. d. l. 3. & l. 1. C. de novat. l. 2. C. de donat. modò  
hoc fiat ante litis contestationem, qvia rei litigiosæ ven-  
ditio irrita est. tot. tit. C. de litigios. & modò in potentio-  
rem non transferantur, l. 2. C. ne lic. potentior. patrocin.  
&c. Qværi hīc solet, num emitio annuorum reddituum,  
(vulgò der wiederkäuflichen Zinsen) sit licita? Qvod affir-  
mamus per Nov. 160. in pr. & cap. i. l. 14 § ult. C. de SS.  
Eccl. Ita tamen ut non excedant justam pensionem, i.e.  
ne in Imperio ultra qvinq; in singu'a centena annuatim  
recipiatur. Et hæc sententia in Recess. Imperii etiam  
approbata est Anno 1548. & 1550. sub tit. von Wucherli-  
chen Contracten. in verbis: Und nach dem die wiederkäuf-  
lichen Gülden allenfalls in Landen gemein seyn so sollen  
mit hundert Gülden Haupt geldes nicht mehr denn fünf  
Gülden Jährliche Gelder wie gebräuchlich gekauft wer-  
den. &c. Gail 2. Observat 5. n 10.

XVII. Præterea vendi possunt non tam res pro-  
priæ, l. 34. §. 4. l. 6. ff. de contr. emt. qvamvis simpli-  
ceri nequeant, qvia qvod semel meum, amplius me-  
um fieri nequit. l. 16. ff. d. t. l. 4. & l. 10. C. eod. l. 5. ff. de  
R. I. Sub conditione tamen qvod nostrum est, rectè e-  
mimus, l. 61. ff. de contr. emt. l. 98. ff. de V. O. Wesenbec. in  
parat. ff. de contr. emt. n. 7. in fin. qvàm alienæ; l. 28.  
ff. d. t. qvia venditor non necesse habet rem facere pro-  
priam emtoris, l. 52. in fin. ff. eod. sed sufficit, si præstet  
rem habere licere, l. 30. §. 1. ff. de act. emt. l. 8. ff. de evict.  
Reqviritur autem, ut aut uterq; contrahentium nesciant  
rem esse alienam, aut saltem emtor ignoret, aut si sciant,  
bonâ

bonâ fide id faciant, si málâ, venditió nullius erit momēti, sed fiet res furtiva, §. 2. I. de usucap. Sive existentes sive futuræ, l. 8. ff. de contr. emt. Ut sunt partus, fætus pecorum, & fructus; cuiusmodi venditio tacitam in se habet conditionem, si partus nascentur, si fructus percepti fuerint, l. 1. c. ult. ff. de condit. Et demonstrat. Nullis autem natis fructibus, aut partu non edito, emtio nulla est, l. 8. ff. de peric. Et comm. rei vend. Quid autem si certa rei futuræ quantitas ematur? pretium ex eo, quod natum est, constituitur, Ant. Faber. decad. 6. error. 6. Quid captus piscium vel avium fuerit venditus? ibi emtio sustinetur, ita ut de precio nihil decedat, utcunq; nihil captum fuerit, & hoc ideo, qvia etiam sp̄ei emtio est, Nobiliss. atq. Excellentiss. Dn. D. Struve d. disput. 18. tb. 17. ubi allegat l. 8. §. 1. ff. de contr. emt. & Dn. Frantz. de contr. emt. n. 15.

XVIII. His breviter ita dictis, repetimus in th. 16. datam regulam, quod generaliter omnes res sub hunc contractum cadant, nisi quas vel natura, vel jus gentium, vel mores civitatis exuerunt; & quidem Natura ab hoc emtionis venditionis commercio excipit res, quæ in rerum natura non sunt, nec fore sperantur, quasq; nemo tradere potest, ut sunt servus mortuus, dominus deusta, Sol, Luna, mare. arg. l. 44. Et l. 57. ff. de cont. emt. Hominem liberum. l. 6. l. 34. §. 2. l. 70. ff. d. t. l. 103. ff. de V. O. Semetipsum tamen de jure civili vendere potest, §. penult. I. de jur. person. Secus est de Jure Saxonico, Reinhard lib. 2. part. 6. diff. 48. art. 2. Weichbild/ ubi dicitur: Man findet nicht geschrieben in den alten Rechten Büchern/ daß sich jemand vor Gericht binnen Weichbilde

C

zu eis

zu eigen geben möge / sein Erbe mag das wohl wiedersprechen.

XIX. *Jure gentium eximuntur Res divini juris*, i. e. sacræ religiosæ, sanctæ, §. ult. I. de emt. & vendit. l. 6. in pr. l. 22. l. 24. ff. de contr. emt. l. 9. §. ult. ff. de rer. divis. Qvod si tamen ignorans qvis ejusmodi res sibi comparaverit, licet emitio non valeat, experiri tamen potest emitor actione ex emto, ut conseqvatur id, qvod sua interest, se deceptum non esse; d. §. ult. I. b. t. Mynsinger ibidem, Mozzius d. tr. n. 24. Si verò res sacræ propter pias causas, puta redemtionem captivorum venditæ fuerint, tenebit emitio, qvoniam anima hominis qvibuscunq; vasis vel vestimentis præferri debet; l. 21. C. de SS. Eccl.

XX. Deniq; jure civili eximuntur res publicæ, ut sunt flumina, portus, l. 51. ff. de contr. emt. Hæ enim, si publico usui in perpetuum destinatæ sunt, à privatis vendi nequeunt, nisi adhibitis solennitatibus, juxta l. fin. C. de vendit. reb. civil. Fabian. de monte qvæst. 4. n. 10.

XXI. Sunt insuper nonnullæ res, qvæ licet in commercium cadant, tamen nonnunquam propter justas causas earum venditio impeditur, & hæ vel omnino alienari non possunt, vel tantum respectivè inter certas personas.

XXII. Res qvæ omnino alienari non possunt, sunt res furtivæ vel vi possessæ, l. 34. §. 4. ff. de contr. emt. Dotales & donatæ propter nuptias, pr. Inst. qvib alien. liceat. l. 4 ff. de fund. dotal. l. 1. §. 15. C. de rei uxor. act. Auth. sive à me. C. de SCto Vellej. nisi sint ejusmodi res, qvæ servando servari non possint, Mozzius d. tract. num. 36. Litigiosæ, l. 1. l. ult. Auth. nunc si heres. C. de litig. Excipiun-

cipiuntur tamen aliqui casus, in quibus res litigiosæ alienari non prohibentur, quos recenset Mynsing cent. I. obfss.

**Emphytevticæ**, l. 3. C. de jur. Emphyt. Johan Ferrar. Montan. ad d. l. 3. Donell. lib. 9 comm. jur. civ. c. 14. adeò ut si absq; consensu Domini Emphytevta vendiderit, iure suo cadat, l. ult. C. d. t. Daniel Moller. lib. 3 semestr. c. 45. n.

3. Qvanquam permuteare easdem non prohibeatur, etiam citra consensum Domini, ita tamen, ut rebus ultro citroq; permutatis, Dominus novum colonum recipiat, inqve possessionem inducat, alioqvi permutatio sine consensu Domini, non secus, atq; venditio prohibita erit. Qvod notat Job. Ferrar. Montan. ad d. l. 3. ubi plures allegat. Autores. An autem alteri sine Domini consensu jus suum Emphytevicum donare possit, questionis est. Qvod ita dicendum videtur cum Magnificeo Dn. Præside in Notis super Parat. Wesenb. tit. si ager vectigalis petatur. ad verba: aut alienatione ignorantie Domino facta. per Gl. in l. fin. ibi: aliis vendere. C. de jur. Emphytevt. Quæ à Dd. communiter approbata est, tradente Claro, in §. emphytevsis quest. 15. n. 1.

**Feudales**, cap. 1. de probib. feud. alien. per Lotharium. cap. un. de probib. feud. alien. per Fridericum. Ita ut sine consensu Domini vendens, statim feodium amittat, Mozzius tract. de feudis. tit. ex qvib. causis feud. amit. n. 122. ubi per multos numeros hac de refusiis tractat. Subje-

ctæ restitutioni, l. fin. §. 2. C. comm. de legat. Faber de Monte. question. princip. 3. num. 29. **Venena mala**, in qvorum venditione cautè agere debent Pharmacopæi, l. 35. §. 2. ff de contr. emt. p. n. D. art. 35. §. ult. nisi adjectioni & alterius materiei commixtione cōducibilia sint hominibus, l. 236. ff. de K. S. Huc etiam referri pos-

sunt Evnuchi & Spadones, qvorum non solum commercium, sed etiam affectio interdicta est, Nov. 142.

XXIII. Deniq; respect vè vel inter certas personas tantùm, emtio & venditio rerum qvarundam celebri neqvit, ut sunt: Sericum, purpura, l. i. C. quæ res vend. non poss. *Don* II. ad h. tit. n. 58. *Arniseus de jure Majest.* lib. 3 c. 1. n. 1. Recenset tamen *Livius* lib. 34. qvòd qvibusdam hominibus in statu populari Romano purpuræ emtio concessa fuerit. Arma, quæ hostibus Imperii neqvaquam vendi debent, l. 2. C. quæ resexport. non deb. Frumentum militibus missum, qvòd ab aliis emi neqvit, l. 3. l. 4. C. quæ ven. non poss. Qværitur hic, utrum pater filium suum distrahere possit? & obtinuisse venditionem filii II. 12. tabb. certum est. Hodiè tamen cùm neq; venditionis, neq; donationis titulo, neq; pignoris jure in alium transferre potest, l. i. C. de patr. qvi fil. distrax. nisi extremâ egestate & victus inopiâ cogente, l. 2. C. eod. Ad hunc ferè modum prohibet Constitutio Saxonica ab Electore Ernesto promulgata, à Joh. Georgio moderno Electore Saxonico repetita Constitutio provincialis, pagis cerevisiam à remotioribus civitatibus emere, eosq; ad intra milliare (qvod notante *Schneidw.* ad 5 rursus. *Inst. de act.* n. 41, ita debet mensurari, Dass eine Weil sol von recht haben 60. Gewände / und ein Geswände 60 Ruhlen / und eine Ruhlen achthalb (Elen) proximam adjacentem civitatem in emeda cerevisia adstrin- git. Lands Ordnung sub tit. von Brauen und Schencken/ und andern Bürgerlichen Handtierung ausm Lande. Neue Policey-Ordnung/ in parte von Justitien Sachen/ sub tit. Brauen und Schencken/ sowohl andere Handtierung auf den Dörffern/ wie es damit zu halten.

XXIV. Cùm:

XXIV. Cūmea, qvæ tempore contractus rei ven-  
dite cohærent vel inhærent, vendita etiam censeantur,  
conseqvens erit, ut fundo distracto inseqvantur com-  
moda, ut sunt fructus & instrumenta inhærentia,  
qvæ pars fundi esse putantur, l. 47. & seq. l. 78. ff. de contr.  
emt. item in venditione domus omnia ea vendita intel-  
liguntur, qvæ terra, qvæq; ve opere struētili te-  
ctoriove continentur. Allcs was Erd- und Nagelfest ist  
*Wesenb. in parat. de contr. emt. n. 8.* Qværitur hīc, an ven-  
ditā vaccā fœcundā fætus etiam in utero censeatur ven-  
ditus? qvod omnino existimamus arg. l. 1. §. 1. ff. de in-  
spic. vent. Secus autem est, si partus siteditus, arg. l. 65. §.  
fin. & l. 80. §. 4. ff. deleg. 3. Qværitur: An etiam venditō  
eqvō frenum sive capistrum venditor debeat? Qvod affir-  
mamus per l. 38. in pr. ff. de ædit. edict. junct. Gl. in verbo:  
ornata. Coras. 2. miscell. c. 7. §. II. p. 2. Der Churfürst  
Pfälz Landrecht. tit. 10. §. So ein Vieh oder Thier ver-  
kaufft wird. Pro quo tamen Scutifer de consuetudine  
quid petere potest, vulgo Halfer oder Baumgeld. per text.  
in l. 1. junct. Gl. C. de stratoribus. vid. plura apud Jasonem  
in §. actionum. I. de act. n. 62. & seqq. Hīc etiam intricata-  
tam illam & difficilem qvæstionem subjungimus: An  
venditā hæreditate etiam jus accrescendi transeat in em-  
torem? Qvam qvæstionem cum Magnifico Dn. Präside  
in Exercit. Justin. 12. qvæst. 4. affirmo, si nimicum per jus  
accrescendi intelligas alluvionem, per l. 56. in pr. ff. de ac-  
qvir. rer. dom. l. 1. C. de alluv. & palud. & pascuis. Ratio  
à Magnifico Dn. Präside illa affertur, qvòd qvia periculum  
rei venditæ statim ad emtorem pertineat, licet ea res em-  
tori tradita non sit, §. 4. I. de emt. & vendit. Comoda  
cujusq; rei eum debeant seqvi, quem seqyuntur in-

C 3.

com-

commoda, l. 10. ff. de R. I. Secus est, si illud jus inteligas,  
qvod ad conservandam hereditatem & voluntatem de-  
functi introductum est. De qvibus tamen vide latè Ma-  
gnif. Dn. Præsidem in d. Exercit. qvæst. 12. in Nego.

XXV. Restat deniq; ut de tertio substantiali re-  
quisito hujus contractus non nihil annexemus, qvod est  
**precium**, sine quo alias nulla est emtio, in fin. pr. I. de  
emt. Et vend. l. 72. ff. de contr. emt. qvodq; consistere debet  
**in pecunia numerata**, §. 2. I. d. t. l. 1. ff. d. t. neq; hoc  
solum, sed etiam in proba & legitima, l. 24. §. 1. ff. de pign.  
act. Nec refert, qvod Sabinus & Cassius JCti existiment,  
in aliis quoq; rebus, qvando nimirum res pro re redda-  
tur, emtioñem & venditionem fieri posse, & id propter-  
ea, qvia sit modus emendi & vendendi antiquissimus,  
qvod probant autoritate Homeri, qui emtioñem apud  
vetustiores aliis quoq; qvam pecunia rebus contractam  
meminit, lib. 7. Iliad. Nervæ tamen & Proculi JCtorum  
opinio obtinet, qui existimant, tum, qvando non pecu-  
nia pro re, sed res pro re datur, non contrahi emtio-  
ñem & venditionem, sed diversum esse contractum, qui  
non male permutatio dicitur d. §. 2. I. de emt. Et vend. l. 1.  
§. 1. ff. de contr. emt. l. 1. ff. de rer. permut. Et l. 5. §. 1. ff. de  
præscr. verb. Sufficit tamen, si ab initio ipsius convetionis  
in numerata pecunia precium consistat, licet postea ex  
intervallo loco pecuniæ conventæ etiam alia res detur  
pro alia, l. 9. C. de resc. vend. Hic qværit, qualis sit contra-  
ctus, si ex parte res, ex parte precium interveniat, pone, si  
tibi dederim domum meam, tu dedisti mihi domum  
tuam, & etiam centum florenos? Resp. qvòd tunc de-  
beat inspici, qvid inter partes principaliter sit actum, &  
secundum hoc vel permutationem vel emtioñem adse-  
rimus,

serimus, l. 34. ff. de contr. emt. Si nimirum constat aperte, quid plus valeat, an pecunia, vel res; quandoverò non potest cognosci, an res prævaleat precio, tunc in dubio intelligitur contractus innominatus, l. 2. 3. & 4. ff. de prescript. verb. l. 1. ff. de estim. act. Schneidw. ad §. item precium. I. de emt. & vendit. n. 1.

XXVI.. Requiritur insuper, ut precium certum sit & determinatum, §. 1. I. d. t. & l. 7. in fin. ff. de contr. emt. Quid autem statuendum, si precium & ejus definitio in arbitrium Titini collatum sit? Et respondeatur, quod definiente Titio precium, contractus sit validus, si verò non definierit, erit nullus, d. §. 1. I. & l. ult. C. de contr. emt. l. 35. §. 1. ff. eod. Quid si autem Titius iniqvè & pravè precium definierit, an aliquod remedium corrigendæ iniqvitatis illius supererit? Qvod cum Gloss. Cyn. & aliis in d. l. ult. C. d. t. & Schneidw. ad §. precium a. I. de emt. & vendit. n. 4. & si affirmatur: Illud etiam ambigitur, num valeat emtio, si ita fuerit precium definitum, qvod in arca habeo? & hoc affirmamus per l. 7. §. 1. arg. l. 37 ff. de contr. emt. Quia & illud certum precium est, qvod aliqua relatione & demonstratione certum fieri potest, l. 6 ff. de reb. cred. Deniq; necesse est, ut precium sit justum, reiq; emtæ æqvivalens, Arist. s. Ethic. 7. & 8. Hinc illa resultat quæstio, utrum liceat carius rem vendere, quam verâ estimatione valeret, & an naturaliter emtoribus liceat se decipere? Quod affirmamus per text. in l. 22. §. ult. ff. locat. conduct. l. 16. §. 4. ff. de minor. Vocatur enim ejusmodi circumscriptio esse prudentia & industria quædam œconomica studiumq; aliquod rei familiaris augendæ, prout tradit Gothofr. in Gl. ad d. §. 4. sub lit. E.

Nec

Nec est, qvòd qvidam juri divino & æquitati contrarium esse superstitione affirmare ausint. Si enim ita anxiè & scrupulosè precii æqualitas reqviretur, nullus ferè contractus subsisteret, sed commerciorum frequentia planè tolleretur, quod notavit *Magnificus*, *Nobilissimus atq; Consultissimus Dn. Christoph. Philip. Richter. Jctus Et Com. Palat. Caesar. Preceptor atq; Promotor meus filiali observantia colendus, in prelectione l. rem majoris precii. . . C. de rescind. vendit.* Non etiam obstat d. l. 2. C. d. t. Qvia hīc non loquimur de læsione ultra dimidium, sed de modicā læsione, quæ est, ut liceat venditori merces suas paulò majoris extrudere, & emtori minoris comparare; Imprimis tamen æquitatis ratio habenda est, l. 8. C. de judic. Neq; etiam deceptio sine ullo modō concedenda, ne admissâ hujus frequentissimi contractus iniqvitate, una pars hominis exauriatur, & contra bonum publicum homines facultatibus suis exuantur, *Magnificus atq; Nobilissimus Dn. Richter in prelect. d. l. 2.*

XXVII. Leviter itaq; enucleatis emtionis & venditionis substantialibus requisitis, ut de ejusdem accessoriis paucis videamus, æquum erit, & vel huic contractui quædam propria sunt, nonnulla aliis communia.

XXVIII. Emtioni venditioni propria sunt: Addictio in diem, quæ est tale pactum, quò res alteri eà lege vendita, ut allatâ meliore conditione ab emtione recedatur, aut eà non oblatâ intra certum tempus emtio perficiatur, l. i. 2. & tot. tit. ff. de in diem addict. Et solet fieri vel pure & statim perfecta est emtio, adeò ut etiam usucapere possit emtor, & fructus & accessiones lucrari, per express. text. in l. 2. in fin. ff. de in diem addict. sed resolvitur conditione meliore oblatâ propterea etiam frustus

Etus medio tempore percepti sunt restituendi, l. 6. pr. 2.  
4. §. 4. l. 16. ff. d. t. l. ult. ff. de jure fisci. l. 23. §. 1 ff. de adit.  
edict. l. 38. §. 2. ff. ad L. falcid. Vel **conditionaliter**,  
& suspensa est emitio, donec appareat melior cōditio, d. l.  
2. ff. de in diem addicēt Melior autem conditio dum fieri vi-  
detur, si vel precio sit additū, vel solutio facilior aut ma-  
turior, vel quid utilius venditori offeratur, l. 4. §. fin. cum ll.  
seqq. ff eod. Incumbit autem eō casu venditori, ut prius-  
quam meliorem conditionem offerenti rem addicat,  
priorem emtorem certiorem faciat, an ipse idem velit  
adjicere, l. 8. ff d. t. quād casu posteriori prior præfertur,  
l. 6. §. 1. eod. Necesse verò est, ut hæc pluris licitatio non  
simulandi causa fiat, ut puta, non ut emat, sed ut alios ad  
pluris emendum inducat, & qui hoc fecerit, stellionatus  
crimen incurrisse dicendus est, argum. l. 3. ff. stellion. Fa-  
ber de monte qvæst. princip. 5. n. 89.

XXIX. Secundum accidens proprium est **Lex**  
**commissoria**, qvod est tale pactum, qvō id agitur, ut  
si ad certum diem pecunia non fuerit soluta, res fiat in-  
emta, l. 1. & tot. tit. ff. de leg. commiss. & hoc pactum in fa-  
vorem venditoris inventum est, ejusq; causa adjici solet,  
l. 2. & 3 ff. eod. Proinde nisi solutio constituto die facta  
fuerit ab emtore (quamvis non interpellatus sit, l. 4 § fin.  
ff eod. quia dies pro homine interpellat, l. 12. C. de contr.  
stipul.) neq; justas causas qvibus impeditus sit in expli-  
canda ad diem solutione emtor allegaverit, Wesenbec. in-  
parat. ff de leg. commiss. circa princ. liberum erit vendi-  
tori, utrum legem commissoriam exercere, an precium  
petere velit d. l. 4. §. 2. ff d. t. Alterutro tamen horum  
electo, non potest transire ad aliud medium neglectum,  
Viam enim quam semel elegisti, ambules, praticorum

D

regu-

regula est, l. pen. ff. cod. Hic queritur, an tale pactum adjectum emtionem venditionem conditionalem faciat? Nos cum Wesenbec. d. l. dicimus, ejusmodi emtionem venditionem magis sub conditione resolvi, quam contrahi, per l. I ff de L. commiss.

XXX. Tertium huic contractui proprium accidens est pactum de retrovendendo, & est tale pactum, cum venditor cum emtore paciscitur, ut sibi premium quodcumque iterum offerenti res retrovendantur, quod ita definit Nobilissimus atq; Excellentiss. Dn. D. Joh. Thomae, in Not. ad dissert. Sutholt. dissert. 6. §. 12 ad verba: utrig; prescribi posse. Et hoc pactum transit etiam ad heredes, l. 2. C. de pact. intr. emt. Et vendit. Gail. 2. Observ. 2. n. 4. Et 5. arg. l. 9. ff. de probat. Hinc queritur, an hoc pactum sit reale vel personale? & dicendum quod sit personale, remque ipsam non afficere, d. l. 2. C. de pact. intr. emt. Et vendit. l. 4. C. de & dil. edict. Gail. 2. Observ. 16. Et hanc opinionem defendit etiam Jus Saxonicum Constit. Elect. 32. p. 2. Dissentit Didacus Covarruvias lib. 3. variar. resolut. c. 8. n. 2. & Castrensis in l. 13. ff. de pign. act. qui contraria sententiam in praxi magis recipiendam esse opinantur. Solet insuper hic queri, an hoc pactum possit prescribi? quod negamus cum Nobiliss. atq; Excell. Dn. Jo-han Thomae d. loco, qui hanc negativam sententiam communem esse, & in foro hactenus observatam probat ex Const. Elect. I. p. 2. quae incipit: Ob Unterpfand und Wieder-fauß. Ratio etiam assertur, quod repetitio tacitam in se complectatur conditionem, oblationis nempe precii, & haec oblatio cum quocumque tempore impleri possit a venditore, inter res merè facultatis, non adeò absurdè à Dd. refertur. Hanc negativam veriorem esse, testatur etiam

Magni-

*Magnificus atq; Nobiliß. Dn. Praeses in Exercit. Just. 7. quæst.  
4. in Nego circa fin. Bronch. tract. de usur. c. 6. n. 18. Facch.  
lib. 2. controv. c. 13. Mynsing. cent. 1. observ. 16. Dissentunt  
tamen hic Dd. per l. 7. §. 3. & ibi Gl. in verb. opponere. C.  
de præscript. 30. ann. & Wesenbec in paratit. ff. de rescind.  
vendit. num. 6.*

**XXXI.** His emtionis & venditionis tribus acci-  
dentibus annexi etiam solet jus retractus aliàs jus *ægli-  
mūσεως*, h. e. prælationis in *Constitut. Friderici Imp. lib. 5.  
feud. tit. 13.* Item jus congrui *Mynsing. cent 3. Observ. 51. n. 1.*  
qvod deducunt ex l. congruit. 4. C. de locat prædior. civil.  
Germanicè dicitur dei Vorkauf oder die Nähergeltung.  
Item: gespieltes Recht. Estq; actio, qvâ mediante proxi-  
miores, consangvinei, consortes viciniq; rem immobi-  
lem venditam, ab illis qvì rei dominium, usum vel fru-  
ctum in alium transferre vel accipere intendunt, retrahunt sive revocant. Hoc verò jus non solùm Jure Cano-  
nico confirmatum, cap. 8. x. de restit. in integr. sed & jure  
divino observatum & corroboratum legitur *Levit. 25.  
v. 25. Ruth cap. 4 vers. 4. Jerem. 32. vers. 7. & 8.* Qvam-  
vis igitur qvibusdam hoc jus abrogatum videatur per l.  
14. C. de contr. emt. denuò tamen revocatum atq; ere-  
ctum illud dicunt Dd. per d. *Constit. Friderici Imp. libr. 5.  
feud. tit. 13.*

**XXXII.** Ad hoc autem ut revocatio sit legitima, &  
procedat potissimum qvinque reqviruntur, Primum  
est, ut is, qvi rem ab alio alienatam retrahere desiderat,  
doceat se esse vel consangvineum, vel socium, vel vici-  
nū, qvempiamve alium, cui vel ex dispositione juris, vel  
ultima voluntate vel conventione partium prospectum  
sit. Qvod si non docuerit actio ipsi denegabitur. *Althus.  
lib. 1. Diceolog. c. 75. n. 33.*

**XXXIII.** Secundum est, ut retrahens in usum suum, nō in alterius commodum, & venditoris fraudem revocet, *Gail. lib. 2. observ. 19. n. 10. Bocer. Class. 3. Disput. 22. th. 55.* Neq; enim alteri hoc ius cedi potest, *arg. l. 59. §. 1 ff. de jur. dot.* Cūm talis cessio in fraudem prioris emtoris fieri præsumatur, *Gail. all. loco. Althus. lib. 1. Di- cœol. c. 75. n. 40.* Ei autem qvi ex proximioribus est, cedere non est prohibitum, *Corras. lib. 3. miscell. c. 3. n. 9.*

**XXXIV.** Tertium est, ut integrum à priore emtore solutum offerat precium, *Gail. lib. 2. Observ. 19. n. 7. vers. porro.* Hic autem queritur: Num idem precium (licet justo majus) qvod emtor extraneus datus est à retrahente offerendum sit? Qvod salvo aliorum recte sentientium judicio affirmamus, *arg. l. 35 in fin. ff. de minor. l. u't. vers. sed ne hac. C. de jur. emphytevt. verbis: quantum precium ab alio revera accipi potest.* Si modò prior emtor sine fraude majus precium pro re solvere voluit, *d. Const. Friderici Imper. post princ. vers. sin autem plures sint. verbis: aut quantum quivis emtor sine fraude dederit, libr. 5. feud. tit. 13.* Qvod etiam statuit Elector Augustus part. 2. *Constit. 33:* Daz der/welchem der Vorkauf gebühret nicht allein justum precium, sondern so viel als der Verkäuffer von einem andern darumb haben kan/ zahlen und erlegen sol. Es wehre denn Sache/ daß betrüglicher weise einen umbzuführen/ oder von dem Vorkauf mit grossem Außatz abzuschrecken/ gehandelt.

**XXXV.** Quartum est, ut simul cum precio impensas necessarias & utiles tempore contractus absq; ve fraude factas refundat, *l. 39. §. 1. ff. de minorib. l. 27. ff. de adil. edict.* Queritur ergò: An etiam Impensas Symposii, Wein/ oder Leukauf/, refundere debeat? Qvod putamus,

tamus, modò sumtus hi sint moderati, & legitimum non excedant modum. Si enim emtor in fraudem retrahatur ex nimia liberalitate modum sumtuum excesserit; Retrahens illos ultra consuetum solvere non tenebitur, *Gail. d. lib. 2. Observ. 19. n. 9. versic. si tamen emtor Berlich. part 2. conclus. 41 n. 31. & seqq.* Quid si autem retrahere volens emtori priori denunciaverit, ne in rem emtam sumtus faceret, an tuim sumtuum nomine quid solvere debeat? & dicendum quod non, cum qui post denunciationem factam aliquid impenderit, fraude fecisse presumatur, *Gail. d. Observ. 19. n. 10.*

XXXVI. Quintum est ut intra definitum tempus rem retrahendam legitimam juris viam apud judicem competentem petat. Quod autem sit istud tempus, valde dissentiri solet. Quidam enim triginta annorum spacio, quidam inter presentes decem, & inter absentes viginti annis demum finiri putant, *Tiraqvell. de retract. lignag. gl. 10. n. 10. & 16.* Sunt etiam, qui lapsis triginta saltim diebus hoc ius non ulterius competere autumant, ex *d. Constit. Friderici Imp. ibi: intratriginta dies. lib. 5. feud. tit. 13. cum quibus facit Matth. de afflictis tractat. de jure promissos § 2 n. 2.* Verum cum hodie in foro haec non ita obseruentur, cum plerisque annuum spaciū statuit esse, quo elapsō ulterius neminem auditum debere putamus. Et haec sententia probatur per text. express in *d. Cap. constitutus. 8. x. de integr. restit. Const. Elect. 32. part. 2. verbis: So sol er innerhalb Jahresfrist. Wesenb. Consil. 15. n. 87. Mynsing cent. 3. observ. 55. Gail. lib. 2. Observ. 19. n. 10. versic. quartò requiritur, usq; ad n. 15. quiq; hanc sententiam in Camera etiam approbatam testantur*

XXXVII. Pauca haec de jure ~~ad legum suarum~~ pro instituti

tuti ratione dixisse sufficiat. Deveniendum nūc itaq; erit ad contractus hujus accessoria, aliis etiam contractibus communia, qvalia sunt imprimis ædilitium editum & evictio.

XXXVIII. Definitur autem ædilitium edictum qvòd sit jus, qvòd ob rei venditæ vel locatæ vitium contractus tollitur, vel ad æqualitatem reducitur. *Vultej. libr. 1. Jurispr. Rom. c. 44.* Neq; solum ad mancipia vel jumenta, de qvibus verba edicti concepta sunt, l. 1. & l. 38 pr. ff. de ædilit. edict. pertinet, sed etiam ad cæteras res omnes mobiles & immobiles, qvarum usus morbo vitiove impeditur. *Nobiliss. atq; Excell. Dn. D. Stuve disput. 21 tb. 3.*

XXXIX. Hic qværitur: An hoc jus etiam procedat in iis rebus, qvas venditor vitio aut morbo subjacere ignoravit? Qvod omnino procedere putamus, qvia ignorantia venditorem non excusat, *Treutl. volum. 2. select. disputat. 2. tb. 2. lit. B.* nisi in hoc, ut si vendiderit inscius, id solum præstet, qvantò minoris emtor esset emturus, si scivisset. Si sciens verò reticuerit, omnia, qvæ ex eâ emtione detrimenta sensit, resarciat, l. 1. ff. de act. emt. *Donnell. lib. 13. Comm. jur. civil cap. 3. Mynsing. centur. 1. Observat. 56.*

XL. Hinc duæ oriuntur actiones, redhibitoria, qvâ omnia in integrum restituuntur re redditâ, & preciō receptô, *Treutl. d. disp. 2. tb. 2.* qvæ tamen in rebus vilioribus & minimis cessat, l. 48. §. fin. ff. de ædil. edict. junct. l. 54. ff. de contr. emt. Et æstimatoria, seu qvanti minoris, qvâ agit emtor non ad rescindendum contractum, sed ut tantum precii restituatur, qvantò minoris res ob vitium cum veniret, fuit, *Nobiliss. atq; Excell. Dn. D. Struve d. disp.*

*d. disp. 21. th. 9.* Utraq; hæc actio ad heredes est transitória, l. 23. §. 5. l. 19. §. pen. l. 48. §. 5. ff. de ædit. edict. Quarum cùm neutra competit ad actionem ædilitiam in factum recurrentum est, quâ ut plurimum factâ rei redhibitione ad premium recuperandum agitur. l. 31. §. 17. & seqq. Caball. de ædit. edict. cap. fin. n. 1.

**XLI.** Hic qvoad venditionem eqv qværere alludebit, an venditor teneatur redhibitoriâ pro omnibus internis sive non apparentibus vitiis? Qvod jure civili ita videtur per leg. I. §. 9. l. 43. ff. de ædit. edict. Jure verò Saxonico secus est, eò enim de tribus tantum vitiis venditor regulariter tenetur. (1) Qvod non sit retrogradus, dâs es nicht Stätiq. (2) nec cæcitate latente labore, dâs es nicht Starbündt. (3) neqve sit scabiosus, dâs es nicht Haarschlechtig. Weichbild artic. 97. Coler. de processus execut. part. 2 c 1. n. 82. Qvibus tamen (4) addit *Magnificus atq Nobiliss. Dn. Richter Decision. part. 2. decis 95. n. 33.* ne sit pituitosus nec mucosus, Rosiq oder Hauptfleckig. De reliquis vitiis venditor minimè tenetur, nisi ubi fraudulenter celaverit, aut sine vitiis laudaverit, *David Mænius ad jus Lubec lib. 3. cap. 6 artic. 17. n. 6.*

**XLII.** Evictio etiam definiri solet, qvòd sit recuperatio rei nostræ, qvàm adversa pars legitimò titulò acquisierat, per judicem facta. *Wesenb in paratit ff. de evict. n. 1. Treutl. vol. 2 select. disp. 2. th. 5 lit. B.* Re per iudicis sententiam evictâ, venditorem tori vel in simplum, & id qvod interest ad recuperandum premium, omneqve commodum tenetur, l. 60 & 70 ff. de evict l. 43. §. ult. ff. de act. emt. Poteſt autem emtor, cùm emit sibi prospicere stipulatione vel in simplum, cùm simplum rei premium exigit, l. 53 ff. de evict. vel in duplum, cùm in duplum sibi

sibi promitti postulat, l. 37. §. 1. ff. eod. Cujac. lib. II. Observ.  
c. 4. Qvæ tamen dupli promissio non indistinctè in re-  
bus abjectis & vilibus, sed pretiosis tantum locum sibi  
vendicat, Cujac. in paratitl. C. de evict. Tonell. ad l. 25.  
C. codem.

LXIII. Hinc evictionis nomine oritur actio ex  
stipulatione vel simplæ, d. l. 60. & 70. ff. d. t. vel duplæ,  
l. 17. l. 48. l. 56. ff. eod. Wesenb inpar. hic num. 7. & 8. Per  
hanc autem stipulationem actio ex emto nusquam est  
sublata, l. 25. C. l. 70. l. 74. ff. d. t. qvæ quoties nec est sim-  
plæ, nec duplæ stipulatio, ex emto agendum est in id,  
qvod interest, d. l. 60. & 70. Scotan inexam. juridic. d. t.  
qvest. 3.

XLIV. Ad hoc autem ut hæ actiones competant,  
inter alia reqviritur, ut emtor litem contra se motam au-  
ctori suo aut heredi denunciet, l. 8. l. 9. l. 20. l. 23. C. l. 29. §.  
ult. ff. de evict. Et hæc denunciatio adeò necessaria est, ut  
etiam fieri debeat scienti litem esse motam, qvia non tantū  
fit, ut qvis certioreetur, sed ut veniat, & liti adsistat, remq;  
defendat, l. 21. l. 23. C. d. l. 29 ff. d. t. An autem vendito-  
ri notoriè injustam causam foventi fieri debeat denun-  
ciatio dubitari solet? Nos cum Nobiliss. atq; Excell. Dn. D.  
Struven. d. disput. 21. t. b. 19. affirmativam seqvimur, ita ta-  
men, ut si postea injusticiam hanc manifestè probaverit  
emtor, tunc ex æquitate ipsi actio ex acto conceditur, Co-  
varr. lib. 3. variar. resolut. c. 17 n. 6.

LXV. His rudiori penicillo ita delineatis, de ef-  
fectu hujus contractus aliqvid videndum, qvô omne pe-  
riculum & commodum rei venditæ confessim ad emto-  
rem respicit regulariter, licet res adhuc penes vendito-  
rem sit, .3. I. de emt. & vendit. l. 1. & l. fin. C. de peric. &  
comm. rei vend. Qvicquid enim post emtionem contra-  
ctam

Etiam sine dolo & culpa lata vel levi venditoris accidit, in eo venditor securus est, l. 8. ff. de peric. & comm. rei vend. l. pen. C. eod. l. 13. §. 16. ff. de act. emt. §. 3. I. de emt. & vend. l. 35. §. 4. ff. de contr. emt. Hæc tamē regula multas admittit fallentias, qvas latè videre potes apud Mynsing. ad §. 3. I. de emt. vend. Schneidw. ibid. Proinde si res emta, priusq; vam tradatur, pereat, vel furto amittatur, citra dolum & culpam venditoris perit, l. 5. l. 16 ff. de peric. & com. rei vend. nisi venditor periculum & commodum in se recepit, d. §. 3. I. & d. l. 35. §. 4 ff. de contr. emt.

XLVI. Insuper effectus hujus contractus conspicitur in eo, ut venditor emtori vel rem tradere, vel evictionem (h. e. ejus rei, qvam ipse in possessione non habet, recuperationem, l. 24. ff. de evict.) præstare teneatur. l. 66. ff. de contr. emt. l. 11. §. 2. de act. emt. Ex contractus namq; natura est, ut venditor evictionem præstet, l. 6. & l. 25. C. de evict. etiamsi super ea nihil convenerit, Wesenb. in parat. ff. d. t. n. 2. Nicolaus Valla de reb. dub. tract. 9. n. 9. Hinc conseqvitur, qvod venditor præcisè cogatur rem veuditam emtori tradere, §. 1. I. de emt. vend. §. 2. I. de donat. l. 50. ff. de act. emt. nec præstanto interesse liberetur, l. 6. C. de res. vend. l. 11. §. 2 ff. de act. emt. l. 68 ff. de R.V. modò ejus habeat facultatem tradendi, l. 6. C. de hered. vel act. vend. l. 1. pr. l. II. §. 9. de act. emt. l. 4. C. eod. Si Dominus fuerit, transfert in emtorem Dominiutum: sin minùs, usucapiendi saltem potestatem, d. l. II. §. 2. ff. d. t. l. 66. ff. de contr. emt. Coras. l. 2. miscell. c. 3. n. 7. Dissentientium rationes vide apud Magnificum atq; Nobissimum Dn. Præsidem, qui etiam ad eorundem argumenta respondit in Exercit. Justin. 12. quest. 5.

XLVII. Effectus deniq;ve contractus in eo elucescit, ut emtor venditori precium solvere sit obligatus,

E

d. l.

*d. l. ii; §. 2. ff. de act. emt.* qui effectus quasi è diametro  
opponitur precedenti effectui, eidemq; certà consequen-  
tiâ annexitur; Requiritur autem ut emtor venditori  
precium numeret virtualiter, i. e. ut pecuniæ Dominum  
ipsum efficiat, *l. fin ff. de cond. caus. dat. l. i. ff. de rer. perm. l. 7. C. de act. emt.* Qvaritur autem, an etiam emtor usu-  
ras precii à se tardius soluti solvere debeat? qvod affirm.  
*per expr. text. in l. 13. §. 20. ff. d. t. l. 5. l. 13. C. cod. l. 2. C. de usur.*

LXVIII. Ex hoc contractu duæ oriuntur actiones,  
qvarum una emti, altera venditi nuncupari solet, *l. ii. l. 13. §. 2. ff. de act. emt.* Confer supr. *tb. 2. in fin.*

XLIX. Datur autem actio emtori ejusve heredi  
adversus venditorem, ejusve heredem, ad consequen-  
dum id, qvod venditor emtori ex natura contractus, vel  
ex pacto adjecto præstare tenetur, *Nobiliss. atq; Excell. Dn. D. Struve d. disput. 18. thes. 35.* Requiritur autem à parte  
emtoris ex emto agere volentis, ut prius precium offerat,  
vel aliò modò venditori satisfaciat, *l. 13. §. 8. ff. de act. emt.*  
Alias repellitur exceptione precii non soluti, etiam ob  
defectum unius faltem nummi, qvod notat *Schneidw. ad*  
*§. 25 l. de act.*

L. Econtra actio venditi competit venditori ejus-  
ve heredi adversus emtorem ejusve heredem ad conse-  
quendum id, qvod ipsi ab emtore præstari oportet, *l. 13. §. 19. ff. de act. emt.* Agenti verò hac actione re nondum  
traditâ opponitur exceptio rei nondum traditæ. Atque  
hæc non pro materia hujus amplissimæ dignitate, sed in-  
genii imbecillitate, institutiq; ratione è latissimo emtio-  
num-venditionum campo breviter delibata  
sufficiant.

*Sacro-Sanctæ TRIADI sit Laus, Honor, & Gratia-  
rum actio in infinita secula.*

AD JE.

ADJECTANEA.

I.  
Quod prædio extanti, sive aliquando extituro servitus imponi possit, certum est ita tamen, ut in hoc interim exercitiū suspendatur, usque; dum prædium subiectum existat. An autem absque; prædio etiam servitutis exercitium interdū dari possit, quæstionis est? Quod cum *Magnifico, Nobilissimo atque Ampliss. Dn. D. Hieronymo Hedeno J<sup>c</sup>to, necnon I<sup>llustr.</sup> Comit. à Schuwartzburg & Honstein, &c. Vice-Cancellario, apud Arnstadienses, longè gravissimo, Macenate atque Promotore meo Magno, in disp. sua de Servit: Realib. in genere. Præsidendo habita, th. 16. lit. D. affirmo.*

II. Testium depositionem, quæ sit per verbum dubito, forte, mihi videtur, meo iudicio, &c. nihil probare, expediti juris est, An autem ejus, qui vacillat, & titubando variat, depositio aliquid probet, ambigitur? Et nihil probare, cum *Nobiliss. Excellentiss. atque Consultiss. Dn. Jacobo vffart, J<sup>c</sup>to, atque Di- casterii Schuwartzburg, ci, quod est Arnsta-*

dii.

dii, Consiliario gravissimo, Evergeta atq; Pa-  
tronō meo submissè colendo. in Sylloge materiæ  
probatoriaæ, publ. disputata, th. 76. & 77 dico.

III. Qvando duo congregiuntur, alter  
cœsim, punctim alter, hic verò alterum cu-  
spide occideret, Qværitur, an moderamen  
inculpatæ tutelæ excesserit? Et excessisse,  
proptereaq; puniendum esse, cum Nobiliss.  
atq; Excell. Dn. D. Eliæ Ludovico Schildio,  
J. Cto, necnon Consiliario Höenloico gravissi-  
mo, Causarumq; Patrono in Arnstadi celeber-  
rimo, Promotore meo omni honoris cultu ve-  
nerando, in disput. sua inaugur. ad l. 3. ff. de  
J. & J. th. 15. assero.

---

**E**t tertiâ, H E S L I N G I, cathedram publicam,  
nec messe tertiâ explicatâ, Tu vice,  
responsa jure daturus, nunc premis.  
Ternarius faustus numerus. idem Tibi  
sit faustus! est perfectus iste.: Sic quoque  
ex disputatione juris publica  
hac tertiâ, tua indicinâ industriæ,  
perfecta Tibi surgat, precor, felicitas.

*Praestantiss. Dn. HESLINGIO, disputationis auctori, consiliatori  
& amico per dilecto, adjicibam in - Û wagazenua  
at affectu benebolo*

PHILI S Horst Brunsvigas, P.P.  
Facult. Philos. Senior.


F I N I S.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-382155-p0039-6

DFG



**ULB Halle**  
005 132 606

3



K317



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Black

3/Color

White